4708 tabulae marmoreae a. 0,31, cr. ca. 0,04 pars sinistra, l. 0,52; litteris bonis. Exstat in horreis Epagathianis.

STATIO·ANTO*nini* 4,8
AVG·N̄·XXXX·G*alliar.* 4,6
ET·HISPANIAR*um* 4,5
H I C 4,7

Contuli. Calza *Not. d. sc.* 1923 p. 399 sqq., qui supplevit et commentario instruxit.

Statio Anto[nini] Aug. n(ostri) (quadragesimae) G[alliarum] et Hispaniar[um] hic. De quo Antonino agatur, incertum est.

4709 tabula marmorea ansata, in complures partes fracta. Exstat supra portam aedificii, cuius nomen titulus praedicat.

HORREA EPAGATHIANA ET
EPAPHRODITIANA

Descripsit Kalsbach. Cf. Calza *Ostia, guida* p. 136.

4710 [= Eph. IX 470] tabula marmorea a. 0,40, l. 0,525, cr. ca. 0,13, litteris malis, a. 0,027–0,035. Rep. ibi fere ubi n. 4291; exstat in repositis musei Ostiensis.

P·O*st*VMVS·PLOTIVS·M·F·QVARTO
A·GENVCIVS·A·F·ITER·DVO·VIRI
LOCVM·DEDERVNT·COMPITI·AEDIFICANDI
C·CARTILIVS·C·F·POPLICOL·DVO·VIR VII
5 CENS·III· COMPITVM· TRANSTVLIT
D·CAECILIVS·D·D·L·NICIA·MEDICVS
L·MARCIVS · L·L· STEPHANVS
P·NAEVIVS· P·L· HERACLIDA
MAG · VICI · MACERIEM
10 ET·COLVMNAM·DE·SVO·FECERVNT
C·CARTILIVS · C·L· HERA*cl-*

Contuli. Dessau l. c. ad ectypum quod misit Vaglieri. Gatti *Bull. comun.* 1892 p. 370 eodemque exemplo Borsari *Not. d. sc.* 1892 p. 162 (inde Dessau *Inscr. Lat. sel.* 5395). Cf. Carcopino *Mélanges d'arch. et d'hist.* 1911 p. 174.

1 fin. *quarto* sc. duovir (v. v. 2). — 4 sq. 'idem ut videtur homo memoratur in titulo pavimenti operis musivi n. 4134, ubi v. 1 sq. iam apparet sic legendum esse [*C. C*]*artilius C. f.* [*Poplicola duovir*] *V*, [*c*]*ens. IV*' Dessau l. c. Idem Cartilius fortasse etiam supra n. 315 (cf. p. 614): *C. Cartilio* [*C. f. Poplicolae*] *duovir(o) se*[*xto*] vel *se*[*ptimo*].

Saeculo p. Chr. primo titulum assignat Carcopino l. c., probabiliter. Cf. titulos qui sequuntur.

4711 fragmentum tabulae marmoreae a. 0,285. l. 0,275, cr. 0,017–0,037. Est in horreis Epagathianis.

EM
*car*TILIVS 4,4
*ba*LNEVM 4,2
*c. cartili*VS·C·F·POBL*icola* 3,7
5

Descripsi.

2 fortasse is, qui *balneum* (3) aedificavit, libertus duoviri (4), qui dedicavit et probavit (Dessau). Cf. titulum qui praecedit; ceterum monendum est litteras huius fragmenti (item fragmenti n. 315) quamquam non optimae formae, tamen longe meliores esse quam litteras illius tituli. — 5 littera secunda videtur esse B vel P vel R, tertia A vel (si vestigium incertum quod sequitur eo pertinet) M; inter secundam et tertiam spatiolum.

4712 epistylium magnum ex lapide Tiburtino, in quattuor partes fractum; litteris magnis et pulchris, satis antiquis, a. 0,125–0,13. Lapis a dextra integer est; titulus in altero lapide continuabatur. Rep. *ad viam Ostiensem, poco oltre il quattordicesimo chilometro dalla porta s. Paolo* GHISLANZONI. Exstat Romae in horto musei Caelimontani BANG.

C·CARTILIVS·C·F·POPL*icola*

Descripsit Bang. Ghislanzoni *Not. d. sc.* 1913 p. 9; *Bull. comun.* 1912 p. 262 n. 4.

Videtur idem esse atque is, qui memoratur in titulis qui praecedunt.

4713 [= Eph. IX 505] basis parva marmorea (0,13 × 0,10 × 0,07), dono votivo recipiendo aptata. Rep. *via della fontana.*

M·COEL TR
OPHIM·M C
OEL·CRES
T D·S·D·D·

Gatti *Not. d. sc.* 1899 p. 61; inde Dessau l. c.

M. Coel(ius) Trophim(us), M. Coel(ius) C(h)rest( ) d(e) s(uo) d(ono) d(ant). Sed potest etiam explicari *M. Coel(io) Trophim(o) M. Coel(ius) C(h)rest( )* — vel viceversa — *d(e) s(uo) d(ono) d(at).*

4714 fragmenta tabulae marmoreae marginatae (0,85 × 0,26), utrimque inscriptae; litterae aetatis labentis, a. 0,04–0,034. Rep. *presso il grande mercato.* Ego frustra quaesivi.

a

CLAVCE*n u*ECTAT
EQV·S TRA*mi*TTENS
AEQVORA *n*ANDO
QVIPPE *Vehi remis*
5 COPIA N*Vlla datur*

FL·OCTABI*us*
VC PRAEF A*nn*
CVRAVI*t*

b

FL·OC*t*AVIVS
VC·
NN·
*cura*VIT

Calza *Not. d. sc.* 1919 p. 77; inde Lommatzsch *Carm. Lat. epigr.* suppl. n. 2049.

[*G*]*lauce*[*n v*]*ectat eq*(*u*)*us tra*[*mi*]*ttens aequora* [*n*]*ando,*
quippe v[*ehi remis*] *copia nu*[*lla datur*].

Supplementa dedit Armini *Conlect. epigr.* p. 33, probavit Lommatzsch. Versui 1 supplendo operam navaverunt Calza l. c., Rostowzew *Not. d. sc.* 1923 p. 411, Merlin *Bull. des antiquaires de France* 1925 p. 257 sqq. Carmen pertinuisse videtur ad imaginem nunc deperditam Glauces Nereidis equo marino vectae. — *Flavius Octavius* ---- *v(ir) c(larissimus) praefectus annonae* si in utroque titulo idem est, tabula sine dubio ita collocata erat, ut ab utraque parte cerni posset. Viris ordinis senatorii, i. e. clarissimis, aditum ad praefecturam annonae patefactum esse a Constantino Magno probavit E. Stein *Gesch. d. spätröm. Reiches* I (1928) p. 185 not. 3.